



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Secunda ad Carolum V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

seculi anno reuersus, quoniam gesto in munere prudentiam, industriamque probarat; iterum eadem super causa ad Cæsarem Carolum V. legatur. Hæc quoque legatio è sententia cessit, & quidquid petierat, impetrauit: vnde factum præcipue, vt subinde deiectus è gregis custodia lupus Hermānus, locum cederet vero Pastori Adolfo Schauemburgio. Verum eo minus læta Coloniensibus cecidit, quod ipsum amisere Canisium. Dū enim ad Cæsarem adit, cum Cardinali Augustano Othone Truchsesio Vormatiæ, Vlmæque congressus, is vehementer delectatus sapientia iuuenis, cum & Patres maturum iam euocare eum putarēt, ad Concilium, quod eo ipso tempore Tridenti habebatur, Theologum Claudio Iaiō socium misit. Ita, quanquam ægrè ferentibus cunctis bonis, Colonia profus discessit; socios optimè animatos, comparatisque etiam ab se ad multos menses vitæ subsidii affatim instructos relinquens. Tridēti haud diu fuerat, cum translatum Concilium est Bononiam Martij mensis extremo. Tū verò, quia translatio illa minimè probabatur Imperatori, metu eius offensæ Cardinalis Otho aliquandiu hæsit, num Iaiū, & Canisium eo mitteret nomine suo.

An. 1547.  
Secunda ad  
Carolum V.

Tertia ad  
Concilium  
primo Tri-  
dentum.

F

Sed